



ROGERII JOSEPHI BOSCOVICHII
E SOCIETATE JESU
C A R M I N A.

D E N U P T I I S
JOANNIS CORARII, ET ANDRIANNÆ
PISAURIÆ

E NOBILISSIMIS VENETÆ REIPUBLICÆ
SENATORIIS FAMILIIS.

ET quisquam rigidæ tractare Matheseos artem
Adfuetum, ac magni scrutari fidera coeli
Arceat Aonidum campis, & flumine sacro,
Nec sinat Arcadica præcingere tempora lauro,
Et vatem teneras cantu mulcere Comænas?
Phœbe pater, summo tu Pindi e vertice sacros
Tu vatuni coetus præsens moderaris, & idem
Astra regis coelo e medio: te in carmina poscit
Musarum cultor, fervatque intentus eundem
Te primum, ardentes qui suspicit ætheris ignes:
Atque eadem Aonias inter sedet alta sorores,
Et plectrum, chordasque ciet, numerosque canoros,
Quæ tenues curru astrifero Dea vecta per auras
Et movet, & fuscis ostentat fidera terris.
Quam bene utrumque simul Phœbi, Uraniaque sacerdos